



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Fratres Minores.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

*Vide Bona, Exemptio, Vassallus.*

**R**eligiosi possunt recipere bona Feudalia & Emphiteutica, modo ad ea onera teneantur, ad quæ donator seu testator tenebatur occasione huiusmodi bonorum; & si ad certum numerum generationum, vel nominationum concessa eis fuerint, per viginti annos pro qualibet generatione retinere poterunt. *tom. 1. quest. 38. art. 2. & 3.*

Non possunt Monachi Feudum recipere, quando seruitium præstandum repugnat Ordini Monachali, nec potest per substitutum præstari, ac proinde est cum illorum statu incompossibile. *art. 3.*

#### FRA TRES MINORES.

*Vide, Hereditas, Ieiunium, Legatum, Mendicitas, Nonitius, Ornamenta, Paupertas, Testamentum.*

**F**ratrum Minorum mendicitas dicitur incerta, quia non habet certitudinem civilem, neque ius, neque actionem in re quæ ipsis elemosy

GENERALIS. 193

mosynaliter datur, quamuis habeat certitudinem probabilem & moralem. Vnde quantumcumque dictis Fratribus iure naturali, vel diuino vel alio, aliquid debeat pro Missis, Sermonibus, aut aliis exercitiis spiritualibus vel alia quacumque causa non possunt id petere, vel recipere nisi eleemosynaliter, sine vilo titulo iuris ciuilibus; bene autem possunt recipere domus ab aliquibus dominis temporalibus præbentibus omnia necessaria ad victum & vestitum, absque eo quod ostiatim petantur, quia hæc certitudo est tantum moralis. *tom. 3. q. 3. art. 3.*

GENERALIS.

*Vide Electio, Degradatio, Eiectio ab Ordine, Aedificia, Visitatio.*

Generalis non potest facere statutum sine Capitulo; sed tantum præceptum eius morte finiendum. Idem est iudicium de Prouinciali, Prouincia, & Ordine, quia sicut Prouincialis non potest statutum condere sine Capituli maiori parte; sic nec prouincia potest statutum facere sine suo Prouinciali.

N ciali